



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXI. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Chorin eine Windmühle bei Goltze und bestätigt demselben die letztwillige Schenkung des Markgrafen Woldemar, am 29. März 1330.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

quod . . . abbas et conuentus monasterii choryn pecuniam sibi pro prefatis bonis in serwetiz debitam statutis locis et terminis plenarie persoluerunt, jta quod eidem pro huiusmodi grates dicunt. In huius rei certitudinem presentes litteras scribi fecimus et ciuitatis nostre sigilli robore communiri. Testes huius sunt Thidekinus annonis, Adam Ribow, Henricus de uinauia, burgenfes in angermunde, cum pluribus aliis fide dignis. Datum anno domini M°. CCC°. vicesimo septimo, ja crastino ascensionis domini.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.

LX. Markgraf Ludwig bekundet, das Dorf Klein-Ziethen an Hermann von Arnsdorf verliehen zu haben, am 11. November 1329.

Nos Lodeuicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, comes palatinus Reni, dux bawarie, sacri Imperii archicamerarius, recognoscimus per presentes, quod fideli nostro Vasallo Hermanno de Arnstorpe ejusque fratribus atque eorum veris heredibus contulimus debito pheodi jure nec non manu conjuncta paruam Cyten cum omnibus suis pertinentiis, cum omni jure, cum omni precaria, cum omnibus fructibus, commodis et utilitatibus, judiciis et curruum seruitiis libere possidendam, sicut Fritfo de Crummenfe bone memorie dinoscitur cum omnibus suis distinctionibus possedisse. In cujus rei testimonium nostrum sigillum de certa nostra scientia presentibus est appensum. Testes affuerunt nobilis Guntherus, Comes de Lindoue, Hinricus de Sydowe, Richertus de Berlin, Beteko de Holfcendorpp et Hermannus de Wolkow, nostri milites, cum aliis de nostra familia fide dignis. Datum Leuenwalde, anno domini Millefimo CCC°. XX°. nono, die sancti Martini.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerdens Cod. II, 469.

LXI. Markgraf Ludwig verzeignet dem Kloster Chorin eine Windmühle bei Goltze und bestätigt demselben die letztwillige Schenkung des Markgrafen Woldemar, am 29. März 1330.

In nomine Domini amen. Nos Lodeuicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bawarie, sacri imperii Archicamerarius, protestamur presentibus et ad notitiam omnium volumus deuenire, quod deuotis in cristo uiris Abbati et conuentui monasterii sancte Marie in Choryn Cysteriensis ordinis dedimus et per presentes donamus proprietatem omnimodam molendini, quod pellitur vento, siti prope villam Goltiz, possidendam cum omni jure, fructu, commodo et libertate plenissima, ita quod ipsum molendinum licite poterunt destruere, in alium locum transponere, vel in usum quemcunque alium sibi placitum conuertere vel mutare. Renunciantes per presentes dicto molendino, proprietati ejusdem ac omni juri, quod nobis vel nostris successoribus possit competere in eodem, infra donationem proprietatis villarum Goltiz, magne Cyten et Bucholt atque pertinentiarum omnium earundem villarum, licet de aliqua ipsarum parte

facienda esset specialis mentio, factam eidem monasterio per Woldemarum, quondam Marchionem Brandenburgensem, clare memorie, approbamus, ratificamus ac presentis pagine patrocinio, juxta tenorem litterarum ejusdem principis desuper in ultimo sue voluntatis arbitrio concessarum solemniter confirmamus. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes hujus rei sunt nobilis vir Güntherus, Comes de Lindowe, Henricus de Sidow, Hermannus de Wulkow, Betkinus de Holzendorp, Wernerus de Arneborch, milites, et Hermannus de Lüchow, prothonotarius noster, cum pluribus fide dignis. Datum Bernowe, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. tricesimo, feria quinta proxima post annunciationem sanctissime virginis Marie.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives herichtigten Abdrucke in Gercken Cod. IV, 376.

LXII. Kaiser Ludwig bestätigt dem Kloster Chorin alle Besitzungen und Rechte, ausgenommen solche, die es von dem Markgrafen Ludwig ohne Zustimmung seiner Vormünder erlangt haben mögte, am 14. Mai 1330.

Ludouicus, dei gratia Romanorum imperator, semper Augustus. Vniuersis imperii fidelibus, presentem paginam inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Antiquorum memorie principum id precipue laudis ascribitur, quod Dei ecclesias multis per eos donatas libertatibus et muneribus honoratas strenue defendebant, tunc enim reputabant ditiores se fieri, cum ab eis in opus misericordie aliquid contigit erogari. Attendentes itaque largiciones et utique commendandas, quas Illustres Marchiones dilecti principes nostri de Brandenburg et eorum Antecessores et alii fideles imperii pro salutis sue remedio Abbati et Conuentui monasterii de Coryn Cystercienfis Ordinis deuotis nostris liberaliter contulerunt, uniuersa bona, que idem monasterium hactenus legitime et quiete possedit vel que propriis denariis comparauerunt aut in futurum iustis modis parante Domino poterunt adipisci, eis et eidem monasterio autoritate imperiali confirmamus, et idem monasterium cum omnibus bonis suis habitis et habendis sub nostram et imperii protectionem recipimus specialem. Exceptis tamen illis bonis, si que illustris Ludouicus, nunc Marchio Brandenburgensis, primogenitus noster karissimus, eidem monasterio sine consensu illustris Friderici, Marchionis Myfinensis, generi nostri predilecti, et Spectabilis viri Berhtoldi, Comitis de Hennenbergh, Secretarii nostri, tunc ipsius tutorum (contulit). Priuilegia quoque, libertates, iurisdictiones, terras, possessiones et alia bona eorum presentis scripti patrocinio communimus. Concedentes etiam eisdem ut in locis, in quibus iurisdictionem temporalem habuerint, personas ydoneas iudices constituere possint, qui jus reddant et iustitiam faciant, sicut ipsis ea iurdictio competere comprobatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram confirmationem, protectionem et concessionem infringere vel eis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc fecerit grauem nostre indignationis offensam se nouerit incursum. In cujus rei testimonium presentes conscribi et sigillo nostre maiestatis iussimus communiti. Datum Vlme, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo, quarto decimo die mensis Maji, regni nostri anno sexto decimo, imperii vero tertio.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staats-Archives herichtigten Abdrucke in Gercken Cod. II, 470.